



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

De lotionem manuum, sacrarum vestium in dumento, & significatione, & de
processu ad altare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

terrenum & humanum, sed totum sit Diuinum; *Sic ro-
tum alteratus, & Diuinus effectus, ut nihil respicias, nisi so. S. Bona in
lum Deum.* In secunda actione, quâ sacris indueris ve- *Expos. Miss.*
stibus, considera, quâ ratione Sacerdos vestibus sacris
indutus representet Christum cum instrumentis & my-
steriis Passionis suæ. Amictus significat velamen, quo
obuelatus fuit in domo Caiphæ: Alba vestem albam in-
nuat iussu Herod. s. ei impositam: Cingulum indigitat
funem, quo ligatus fuit in horto: Manipulus illum indi-
cat funem, quo columnæ alligatus fuit: Stola vltimum
funem denotat, quo colligatus fuit deferens Crucem ad
montem Caluariæ: & Planeta seu Casula ipsam de-
signat Crucem.

Præterea hæ sacræ vestes varias consignant virtu-
tes, quibus Sacerdos ornatus esse debet: *Diligenter ad- Durand.
uertat Sacerdos, ut signum sine significato non ferat, ut ve- lib. 3 c. 1.
stem sine virtute non portet.* Amictus, significat Fidem:
Alba innuit candorem Innocentiæ, Cingulū indigitat
Castitatem: Manipulus indicat Patientiam: Stola deno-
tat Obedientiam: Planeta seu Casula designat Charita-
tem. Vestito ergo Sacerdote.

Sequitur tertia actio, quâ procedit versus altare, velu-
ti alter Christus, in humeris portans Crucem versus
Montem Caluariæ. Ubi considera, quomodo *Angeli pa-
titi amare stentes*, deferant in processione instrumenta
Passionis, Sacerdotem altare versus comitantes: ac sancta
Dei Mater, aliæque Mulieres *plorantes & plangentes* pro-
ximè subsequantur.

In Missa.

Quinque sunt principales Missæ partes: Præpa-
ratiua, Instructiua, Celebratiua, Perceptiua, & 3. p. 9 83.
gratiarum Actiua.

PRIMA PARS.

In prima parte Missæ, quæ est Præparatiua, continetur
Introitus, Kyrie eleison, & Gloria.

In principio Missæ, cum te primò commendas An-
gelo tuo Custodi tibi assistenti, veluti solet assistere Sa-
cerdoti primitias celebranti.

1. Considera, quâ ratione Psalmus, *Judica me Deus, Deus.*

k 3 |

sit